



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

4 De delictis clericorum circa modum co[n]secrationis ordinum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

interdicti, degradati, cum non amittant characterem, verum Christi corpus conficiunt & dant veraciter, si veram formam servent ecclesiae, quamvis quod pertinet ad ipsos peccent illud agendo. ca. offendit, de consecrat. dicit. 4. can. dominus, ca. quod quidem, i. q. 1. tamen ordinati. vt dixi, ab ipsis non habent executionem ordinis, unde quod pertinet ad illam, discitur irrita ordinatio. c. 1. de schisma.

d. in c. fin. de ordin. ab episcop. qui renuntiauit episcopatui, libr. 1. titul. 13. can. ab excommunicatis, 9. qu. 1. Si vero quis scienter aut ex crassa ignorantia ab excommunicato ordine receperit, non posset dispensare episcopis, seu aedendus esset summus Pontifex, ut notat dicta glossa finalis, de ordinatis ab episcop. qui renuntiauit episcopatui, per c. 1. §. si. eiusdem sit.

## C A P. III.

- 1 De ordinatis simoniace.
- 2 Et ab eo qui renuntiauit episcopatui.
- 3 De Monachatu simoniaco.

Si simoniaci simoniace ordinati, & vel ordinatores secundum Ecclesiasticos canones a proprio gradu cadere debent, simoniaci quoque simoniace a non simoniaci ordinati ab officio male accepto remouendi. Simoniaci autem non simoniace a simoniaci ordinati, misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio conceditur permanere, et si ordinati ignorabant ordinantes esse simoniacos. a Qui vero scienter se a simoniaci consecrari vel verius exsecrari permiserint, ex decreto, habent suam consecrationem omnino irritam, b atq; uterque consecratus & consecrata depositus penitentia agere debet, & priuatus propria dignitate persistere. c

2 Sicut & qui scienter etiam sacros ordines acceperit ab episcopo, qui renuntiauit episcopatui, & loco, quia indignum fecit, executionem officii non habebit: ubi autem non scienter, poterit, nisi crassa

A supina fuerit ignorantia, discretus pontifex dispensare. d Id autem, nisi simoniacus alia forma, quam ecclesiæ ordinasset, quo casu nihil conferretur ordinato. e

Accedit ordinationi simoniace & receptio in monachum vel moniale simoniaco pretiotantum accidente, facta obtentu paupertatis; atque statutum, vt tali prauitate recipiens & recepta monialis, siue sit subdita, siue prælata, siue spe restitutio, de tali monasterio expellatur in locumque arctioris regulæ detrudatur ad agendum penitentiam, quod & de monachis aliisque regularibus constitutum. f Sunt & prælati ultra donec condigna peregerint penitentiam, a sacroru ordinum executione suspendendi. g Id autem quando per viam inquisitionis apparuit de simoniaca receptione; alioquin enim, si accusati & coiuncti de hac simonia fuerint, condemnandi sunt iudiciali severitate, tam dantes quam accipientes. h

## S C H O L I A.

- a Verba predicta ponuntur, in c. 107. statuimus, iuncto c. seq. i. q. 1. quamvis enimordo conseratur a simoniaci, tamen executione non datur nisi dispensetur, ut notat glossa. ad d. c. statuimus, & fuse gloss. i. in c. si quis a simoniaci, 108. q. 1.
- b d. c. si qui a simoniaci.
- c in c. de cetero, 109. i. q. 1.
- d c. 1. §. si. de ordinatis ab episcopo, qui renuntiauit episcopatui. lib. 1. tit. 13. ita suspensus est ab ordine, qui a suspensiō accipit, & renuntiatio non admitt potestatem conferendi, ut ibi notat glossa.
- e c. Daibertum, 1. q. 7.
- f c. quoniam simoniaca, 40. de simo.
- g c. dilectus, 30. in fi. & c. accusatus, de simo.
- h dicit. c. dilectus.

D E D E L I C T I S C L E R I  
corum circa modum consecrationis  
ordinum.

## T I T U L V S I V .

V u n u s 3

## C A P V T . I .

A De clero non ordinato ministrante &  
pœna eius.

**C**Vm non sufficiat bona agere , nisi & coene fiant , a peccant clerici in ordinibus ecclesiasticis suscipiendis , cum non eos consequuntur iuxta ecclesie decreta. Veluti , si ante quam ordinem consequantur aliquem , tanquam ordinati ministerium eius ordinis exsequatur , quo casu propter temeritatem deficiunt ab ecclesia , & nunquam ordinantur. **b** Sic qui diaconus est tantum , si mislarum celebrationem usurpare d presumat , non potest ad sacerdotis officium promoueri , & ad diaconatu biennio vel triennio suspenditur , de beneficio autem ecclesiastico , si aliquid possideat , cum eo misericorditer agendum , **f** ne sustentatione priuatus , ad seculi negotia reuertatur. **g**

## S C H O L I A .

**a** ca. non satis , 14.86. dist.

**b** cap. 1. de clero non ordinato ministrant. lib. 5. titul. 28. Et puniuntur in eo , in quo peccarunt , qua pœna communis in iure , ut in c. fi. de immu. ecclesiarum cum similibus et binota.

**c** Hec quæ sequuntur probantur in ca. 2. de cleric. non ordin. ministran.

**d** Hac est usurpatio sacrilega. Nam quis sine potestate & ordine sacerdotali est , non consecrat , sicque occasionem dat idololatriandi populo , dum adorat hostiam tanquam consecratam , & vt verum Christi corpus , quod tamen ibi non est , cum nemo quam sacerdos rite ordinatus , possit confiscare sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus , capit. 1 §. una de summa Trinitate & fid. catholica. cap. ecce ego , 95. distinet. ca. absit , 31. quest. 3. atque hic dignius ideo effet derigore iuris , affici pœna , qua merito puniuntur , qui ad idololatriam inducunt. Peccaret & mulier granius , qui multo ordine sacro initiatu hac sacrosancta mysteria trastaret , maiorique pœna

effet puniendus. Quemadmodum & Divis iratus in Oziam cum subito necauit , quod arcum testamenti quamvis nutantem , & collaborem bono zelo , ne laberetur manus tenuit , 2. Regum capit. 6. & 1. Paral. capit. 13. & Oziam regem leprapercussit , quod incensum Deo in altari voluisset offerre & sacerdotis officium agere , 2. Paralipom. c. 26. Balthazar quoq; rex percussus morte a Deo , quod vasa templi profanasse Daniel. 5. c. vestimenta , 42. de cons. distin. 1. Granius etiam peccat , qui simulat confiscare & non conficit seu non consecrat , quam is , qui consecrat in peccato mortali , capit. de homine , 7. de celebrat. missa.

**e** Sine dispensatione scilicet nam cum e apot. terit gloss. ad c. fin. ad verbum , promoueri , de cleric. non ordin. ministran.

**f** Sic suspensus ab officio presbyteri ob homicidium , reseruatur eadem ratione beneficium , in ca. 39 studeat , 50. dist. item in ca. presbyterum , 28. dist.

**g** Mendicitas clericorum retorquetur in opprobrium totius cler. diaconi , 93. dist.

## C A P V T . II .

De ordinatis extra tempora.

**S**Imiliter qui ordinantur , & qui ordinant extra tempora ordinandi delinquent. Quocirca episcopus , qui ordine , quo non debuit , ordines celebrauerit , canonica disciplina est corrigendus , & ordinandi tamdiu a suscepis ordinibus debet reddi expertes , donec a summo Pontifice restitutionis gratiam consequantur , si fibi reseruat. **a** Neq; excusabit contraria consuetudo ordinandi. Verumtamen , qui extra statuta tempora receperunt ordines sacros , characterem non est dubium recipere ; **b** & proinde prius pro transgressioni imposta penitentia competenti , poterunt in suscepis ordinibus ab archiepiscopo sustineri. **c** Episcopus , vero , qui contra canones duos sacros ordines uno die contulerit , a collatione ordinum diaconatus &

rus & presbyteratus, ordinatus autem ab executione officii sacerdotalis, tardiū debet manere iuspenſi, donec aliter a ſede apostolica diſponatur, d nec ordinatum excusat superioris archiepifcopi mandatum, cum etiam idipſum ſit prohibitum. e

## S C H O L I A.

a cap. cum quidam, 8. de temporibus ordinatio ſic ordinantes priuantur auctoritate ordinandi, & ordinati deponuntur ab executione, in capit. 2. de tempor. ordinat. Explicat autem diſpensandi potestatens penes epifcopum eſſe, ſi ſibi ummuſ Pontiſex non reſeruauerit, glosſa final. in capit. penelium per illum teſtum, de temporibus ordinat.

b c. 1. de temporib. ordinat.

c cap. consultationi, 16. de temporibus ordinat. Tempus enim non eſt de ſubſtantia ordinis. Ideo character, eo commiſſo imprimitur, & poena diſpensionis pro transgreſſione canonis imponitur, ut in cap. vel non eſt, eod. tit.

d c. literas, 13. de tempor. ordinat.

e c. dilectus filius, 15. eod. tit.

## C A P V T I I I.

1 De promotois per ſaltum.

2 Aufurtive, pœniſque illorum.

3 De examinatione ordinandorum.

**Q** Vi præpoſtere † maiorem ordinem ante minorēm acceperint, puta diaconatum ante ſubdiaconatum, præbiteratum ante diaconatum, ſuspenduntur ab executione ſucepti, donec imposta pœnitentia ad omissum ordinati fuerint. a

**E** Ut hi autem delinquit, † ſic & qui furtie ordines luſcipiunt, b cum diſtinzione pene ratione circumſtantiae. Nam qui ab epifcopo vel aliquo eius archidiacono a lioue prælato, non ante prohibitus ſub anathematis interminatione promoueri, furtie fuerit promotus, non potest ſine diſpensatione ſui prælati, & niſi imposta pœnitentia, promoueri ad maiorem gra-

A dum, ſi vero præceſſerit prohibitio cum interminatione anathematis, imponitur pœnitentia monaſterii, & clandestine ordinati in ſuceptis ordinibus miniftrare prohibentur ſine diſpensatione ex iuriſrigore. c

Inter furtive ordinatos † annumerantur, qui curarunt ſe ordinari ſine examinatione, d quare & ii deponi debent. e Examinate autem vel ipſe epifcopus ordinans, vel eius archidiaconus. f Sufficeret tamen ſine alia examinatione ordinatis, teſtimonium epifcopi proprii ordinati, g vel abbatis ſui, quod & ſufficit pro examinatione monachi ſui ſine alia ordinantis. h

## S C H O L I A.

a c. vnic. 52. diſt. ca. 1. de cler. per ſaltū promoto, lib. 5. tit. 29. hac pœnitentia arbitria ceneſiur, quia non eſt definita, ca. non ſatis, de offic. delegati. l. 1. §. fi. de iure deliberan. P. quoniamocumque enim ordo confeſatur ab eo, qui potestatē habet ordinandi, ſine per gradum, ſine per ſaltū, confeſtur character, non tamen executione, niſi ſecondum iuris regulas confeſatur, ut diuenit Hoſtiens. & Panor. ad c. vnic. de cle- rico per ſaltū promoto. Notant tamen Dominicus, Prepoſitus, Hugo & Archidiaconus, ad ca. ſollicitudo, quod si quis faceret ſe ordinari per ſaltū vel ambitionem, vel ſuperbiā, debeat omnino deponi, nec ſecum diſpensaretur, vel ſaltēm non de fa- cili, neque cum eo epifcopus tunc, ſed ſummuſ Pontiſex diſpensat. Hoſtiens. ad cap. vnic. de cler. per ſaltū promot.

b c. 2. de eo, qui furtive ordines ſucepti.

c cap. 1. 2. & 3. eo. tit. de eo qui furti. ordines ſucepte, ſic in c. 24. Salomitana, 63. diſt. ſu- penditur præbiter a præbiteratuſ & cele- bratione miſſarum, qui ſine scientia epifo- pi ordinatus fuerit, donec cum illo diſpen- ſatum fuſſet.

d c. ext. conſcientiā, 64. diſt. c. quādo, 24. diſt.

e c. ſi quis præbiter, c. fin. 24. diſt. c. ex pœni- tentiibus, 5. o. diſt.

f Vel alii, quibus episcopus comittitur c. unico, A 2 Castigatio clericorum & monachorum  
de scrutinio in ordine facient.

g c. si quis, 16. q. 1.  
h c. monachi, 16. q. 1.

## C A P V T . I I I I .

- 1 De ordinatis ab intrusis.  
2 Et simoniace.

**1** Ordinati insuper ab intrusis vel vitiis electis prælatis, prout non ordinatis habentur, & quemadmodum & beneficia amittunt, qui ea acceperint a suspenso, qui non seruauerit sententiam interdicti summi Pontificis. **B**

**2** Ordinans autem per pecuniam simoniace deponendus, ordinatus vero, dignitate carere debet, & mediator seu proxeneta talis ordinationis, si clericus sit, proprio gradu cadere, si monachus aut laicus, anathematizari debet. **c**

## S C H O L I A .

a ea fin. 19. distin. quicquid enim ab illis fit,  
omnino cassatur, can. alienationes, 12. q. 2.

ea. omne, 25. qu. 1. Quando videlicet qui  
ordinant, deteguntur non fuisse episcopos,  
quia tunc constat nullum potuisse ab illis  
infigi characterem, ca. Daibertum, 1. qua-  
stion. 7.

b c. si de excessib. prælator. c. quia diuersita-  
tem, de concess. præben.

c c. 8. si quis episcopus, 1. q. 1. Quamvis enim  
proxenete in aliis negotiis non improben-  
tur, ut in l. fin. de Proxenet. lib. 50. P. tit.  
14. tamen in spiritualibus, proxeneta, &  
intercessores reprobantur, cum oriuntur su-  
spicio simonia.

D E D E L I C T I S , Q V Æ  
committuntur a clericis post suscep-  
tiones in ministerio & exse-  
cutione eorum.

## T I T U L V S . V .

## C A P V T . I .

- 1 De custode ecclesie peccante.

## C A P V T . I I I I .

- 3 De custodia eucharistie & chrismati.

P Ostensusceptos ordines, † clerici in illis  
pluribus modis peccare possunt & puni-  
niri, veluti custos ecclesie, si negligens in  
officio sit, ab Archidiacono coeretur, vt  
se emendet, & si indomitus remanerit,  
denuntiatus episcopo, ab ecclesia deiicien-  
dus est, & alius in locum eius subrogan-  
dus. **a**

Castigant † & libere magister clericorum,  
inter se delinquentes clericos, & ab-  
bates sibi subditos monachos. **b**

Cum chrisma autem † & eucharistia de-  
beant sub firma custodia clauibus adhibi-  
tis conseruari, ne possint ad illa temerariae  
manus extendi ad aliqua horribilia, aut  
nefaria exercenda, si is ad quem spectat  
custodia, ea incaute reliquerit, tribus mé-  
sibus debet ab officio suspendi, & si per e-  
ius incuriam aliquid nefandum contige-  
rit, grauiori debet subiacere vltioni. **c**

## S C H O L I A .

a c. 1. de offic. custod. lib. 1. tit. 27.

b cap. 1. & 2. de sentent. excommun. cum si-  
milib.

c c. 1. de custodia eucharistia, lib. 3. tit. 44.

## C A P V T . I I .

D De sacerdote detegente confessio-  
nem.

Eccat sacerdos detegendo confessio-  
nem sibi factam, quamobrem si eius,  
qui sibi confessus est, peccata reciter aut  
propinquis aut extraneis, deponi debet, &  
omnibus diebus vitæ sua peregrinari, a &  
hodie in arctum monasteriū ad agendum  
pœnitentiam detрудi. **b**

## S C H O L I A .

a cap. sacerdos, 2. de pœnit. dist. 6. idipsum  
& in c. omnis utrinque sexus, de pœnit. &  
remissio. ubi & additur, pœnam eandem  
inferri presbytero non tantum si verbo, sed  
etiam si signo detegat confessionem.

b dist.